frabricati sunt; Quamuis autem conciliabula
sua uocent bethel · tamen post fabricationem
idolorum desiit ēē bethel · et uocatur bethaben ·
quod dicitur domus idoli · Pro quo LXX transtu
lerunt domum ōn · Hoc de titulo nunc uem
amus ad exordium prophetiae · et les nē aber
ria seuiente sci sps in uocemus aduentū; Uos pau
la et eustochiū ad dnm saluatorē fundite preces ·
ne mihi noceat inuidia sed ut mens libera id
tantū cogitet · quod nititur explanare · Nec
sentiat conuitiorum alapas quas dns in passio
ne contempsit · Audite populi omnes et ad
tendat terra et plenitudo eius et sit dns ds uo
bis in testē de templo scō suo · LXX · Audite po
puli omnes et ausculte terra et omnes qui sunt
in ea et sit dns ds uobis in testimonium ·
Quia iuxta historiam manifestus est sensus ·
lectoris prudentiae intellegentiam derelin
quo; Iuxta tropologiam autem conuocat ad
auditum populos · id est totius orbis ecclesias ·
Et ad auscultandum terram quia terrena in
hereticorum extructa sunt dogmata; Quod
autem heresis inter carnis opera numerant
quae semp referuntur ad terram · et apostolus
ad galatas non tacet et dns in euangelio pru
denti indicat auditori · qui de terra est de
terra loquitur · Et ad distinctionem eorum
rursus de ecclesiasticis · qui autem de caelo
uenit super omnes est quod uidit et audiuit
hoc testificatur; Si autem hoc quod ait · au
dite populi · propter illud dominicum qui
habet aures audiendi audiat · plus aliquid
sonat quam quod postea infertur · adten
dat terra; Aptabimus ecclesiae audite
populi omnes · heretici uero qui terrenam
suscipere doctrinam · adtendat terra
et omnes qui in ea sunt; Et isti si audierint
et illi si adtenderint non patiantur ea
quae postea sermo dni comminatur ·
et sit eis dns in testimonium · Siue ut in he
braico legitur in testem · uel ut apertius
interpraetatus est symmachus testifi
cans; et testificans non aliunde nisi de
domo sua quae est ecclesia · aut certe in
filio id est dño nostro ihu qui uere
templum di est patris · et de cuius ore
loquitur pater · uiscera penetrans et
medullas eorum qui adtendere uoluerint
et audire; Quia ecce dns egreditur de lo
co suo et descendet et calcabit super excelsa
terrae et consumentur montes subter eū
et ualles scindentur sicut caera a facie ignis
sicut aqua decurrunt in praeceps · de scele
re iacob omne istud et peccatis domus isrl ·
quod scelus iacob nonne samaria et quae
excelsa iudae nonne hierusalem · LXX ·
Ecce enim dns egreditur de loco suo et
descendet et ascendet super excelsa ter
rae · et commouebuntur montes subter
eum et ualles tabescent sicut caera a facie
ignis · et sicut aqua pfluens in discensu · Prop
ter impietatē iacob omnia haec et propter

XX

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc254/0262